

la deuxième de 1546, chez Jérôme et la veuve Denyse de Marnef; la troisième en 1564, chez Sébastien Nivelles. Sept éditions *in-4°*, savoir, en 1516, par Louis Tilletan, pour Jean de Roigny en 1537 par le même; en 1538 par Nicolas Buffet, pour Jean Petit et Jean Macé; en 1539 chez Chevallon en 1542 chez Nicolas de Guingant, sur les corrections du docteur Jean Aleaume, la même année chez Jean Foucher, en 1550 chez la veuve Maurice de la Porte. Vingt-une éditions *in-8°* données en 1514, chez François Regnault et Geofroi de Marnef, en 1517 chez Jean Petit et François Regnault, en 1528 chez. . en 1536 chez Jean Petit les corrections de Démocharès; en 1541, chez Poncet le Preux, en 1542, chez la veuve François Regnault, en 1543 chez Oudin Petit, en 1548 chez la veuve Charlotte Guillard, la même année chez Mathurin Dupuys, en 1550 chez Jean Macé, la même année chez Jean de Roigny; en 1553 chez Mathurin Dupuys, en 1557 chez Gilles Corbin, la même année chez Oudin Petit; en 1558 chez Jérôme de Marnef, en 1560 chez Gabriel Buon et Maurice Mennier, en 1563 chez la veuve Maurice de la Porte, en 1564 par Maurice Meunier pour Jean Macé, en 1565, sur les corrections de Jean Bauge, chez. . en 1573, et 1574, 1575 chez Jean-Jacques Dupuys. Outre cela Claude de Lépine, Dominicain, donna un abrégé des Sentences en 1551 *in-8°* chez Jean Foucher. Un autre abrégé du même ouvrage parut *in-16* l'an 1554; deux éditions *in-12*, chacune en deux volumes; l'une chez Jean Petit, sans date, l'autre chez Denys Rou en 1508.

A Lyon, David la Mouche pour Vincent Portonaire, imprima deux fois les Sentences dans la

A forme *in-4°*, savoir, l'an 1525 et l'an 1528. Quatre éditions ou réimpressions en furent faites *in-8°* dans la même ville; la première en 1581 chez Antoine Tardif, la seconde en 1593 chez Pierre Landry, par les soins de Pierre Wiart; la troisième chez le même en 1594; la quatrième en 1618 par Jean Royaux, pour Claude Landry.

A Rouen, Antoine Ferrand et Jean Behours reproduisirent en 1651, dans un volume *in-4°*, l'édition des Sentences données par le docteur Jean Aleaume.

A ces éditions il faut en joindre une sans nom de lieu, ni d'imprimeur, qui fut faite en 1499, par les soins de Jean Pyvard.

Les autres écrits de notre auteur n'ont pas à beaucoup près fait gémir autant de fois la presse.

On ne compte que trois éditions de son Commentaire sur les psaumes, toutes trois données à Paris dans le format *in-folio*; la première en 1533 avec le Commentaire d'Haimon; la deuxième en 1537 chez Chevalon, sous la direction de Richard du Mans, Franciscaïn; la troisième en 1541 par Louis Tilletan, pour Poncet le Preux.

Lipen annonce deux éditions du Commentaire sur la concorde, l'une de l'an 1483, l'autre de 1561.

Nous connaissons huit éditions faites à Paris du Commentaire sur saint Paul; la première de 1535 *in-folio* chez les héritiers de Josse Bade Ascensius; la seconde de 1537, même format, chez Claude Chevalon; la troisième de la même année, *in-8°* comme les suivantes, chez Jean Petit; la quatrième de 1538 chez le même, la cinquième de 1541 chez. . la sixième de 1543 chez Poncet le Preux; la septième de la même année chez Jean Foucher, la huitième de 1555 chez. .

NOTITIA EX FABRICIO

(*Bibliotheca mediæ et infimæ latin.*, t. V, p. 262.)

Petrus Lombardus (36), ex oppido Novariæ vicino, quod *lumen omnium* dictum Jovius aliique testantur; præses scholæ theologicæ sive Scholasticus Paris, atque inde ex canonico Carnotensi episcopus ab a. 1159 Pariensis, defunctus anno 1164, 20 Jul. De eo Vincentius Bellovac. Speculi hist. xxix, 1; Antoninus Florentinus Summæ hist. riar. tit. 18, cap. 6 et 7, ac præter Labbeum, Caveum aliosque, et Hottingerum parte III Hist. eccles., pag. 72 seq. Sammarthani tom. I, pag. 435. Lazarus Augustinus Cotta in Museo Novariensi, etc.

Nihil celebrius est Lombardi *IV libris Sententiarum*: inde ipse etiam inter scholasticos doctores cognomine *Magistri Sententiarum* est notissimus. Continent hi libri summam theologiæ ex Patrum selectam scriptis, et methodo scholastica digestam, ita ut libro primo per distinctiones XLVIII doctrina Deo uno et trino exponatur; libro secundo capita de creatione, angelis et homine lapso, per distinctiones XLVI; libro tertio de incarnatione Verbi et de charitate Dei ac proximi, per distinctiones XL;

(36) Eodem tempore fuit Lombardus quidam, familiaris S. Thomæ, et Romanæ ecclesiæ diaconus, cujus epistola ad Alexandrum III. Vide Pagium ad an. 1167, num. 22.

(37) Hoc est *magnum de sacramentis* volumen de quo appendix ad Henricum Gandavensem, cap. 11.

(38) Adam Tribechovius *De doctoribus scholasticis*, pag. 285.

(39) Jac. Thomasius *De doctoribus scholasticis*, § 9.

(40) Id. *De plagio litterario*, § 493 seq.

C libro quarto de Sacramentis (37) et de quatuor novissimis per distinctiones quinquaginta. Non est incredibile Lombardum sicut ex aliis, ita professisse etiam ex Joannis Damasceni (38) libris de orthodoxa fide, recens tum e Græco versis, nec non e libris præceptoris sui Petri Abælardi (39), aut si velis etiam ex magistri Bandini (40) Summa theologica sive Sententiarum theologicar. libris IV, editis deinde Viennæ 1519; tamen plagii ideo nequam arguendus mihi videtur, præcipue cum de Bandino non sit adeo exploratum num ante Lombardum scripserit, sed epitomen potius quamdam Sententiarum Lombardi referre potest videri: quanquam non eum putemus eundem cum Bandino juniore, de quo supra tom. I, pag. 169, et quæ audacior conjectura Oudini est tom II, pag. 1222.

Nec numerum inire editionum, nec commentariorum hujus operis, qui sunt innumerabiles, notitiam distinctam dare licet: cum enim per plura sæcula regnum in scholis (41) obstinuerit, Scotistis non minus quam Thomistis probatum,

(41) Erasmus in Matthæi 1, 10: *Haud aspernandus theologus Petrus Longobardus, τολοβαρδός: ejus operis quod vocant Sententiarum, quem arbitror quidem et probum fuisse virum, et ut illa ferebat ætas eruditum. Atque utinam illius labor tam feliciter cessisset orbi Christiano, quam ab illo susceptus est pio studio! Siquidem apparet illum hoc egisse, ut semel collectis quæ ad rem pertinebant, quæstiones omnes excluderet. Sed ea res in diversum exiit. Videmus enim ex eo opere nunquam finendarum quæstionum non examina, sed maria prorupisse.*

non mirum est tot editores, tot interpretes habuisse, quorum centurias vel hæc Bibliotheca offert, in indice notandas, ut illis recensendis facile aliquis etiam diligens fatigari possit. Editiones vetustiores celebrari video Norimb. 1474, 1478, 1499, fol.

Venet. 1477, 1480, fol., et 1507, 4, cum interpretatione Nicolai de Orbellis et cum conclusionibus Henrici Gorichem et Thomæ problematibus, Basil. 1486, 1492, 1498, 1502, 1513, fol., additis erroribus quibusdam Parisiis anno 1277 condemnatis, et *Articulis (42) in quibus magister communiter in Sententiis non tenetur*. Hi xxvi sunt, cum in Antonini Florentini Summa theologica parte iv tit. 11, cap. 8, tantum rejiciantur xiv.

Paris, 1528, 8; 1536, 8.

Per Joannem Aleaume Lovan. 1546, fol.; Paris, 1550, 4; 1564, 8; Lovan. 1546, 1568, 4.

Venet. 1570, 8, a Barthol. Gravio et aliis viris doctis recogniti.

Colon. 1566, 1576, 8, ex recognitione Antonii Monchiaceni, Democharis, Ressonæi, doctoris Sorbonici, Lugd. 1594, 8; 1618, 8.

Cum brevi expositione litteræ, et quæstionibus quæ circa ipsam moveri possunt, per Joannem Martinez de Ripalda, S. J. Lugd. 1636, 8.

Liber primus cum commentario Lamberti Danæi triplici. Genev. 1580, 8, etc.

Commentarii in *Psalterium* sive Glossa Magistralis (Major Glossatura) ex selectis et orthodoxis auctoribus. Norimb. 1478, fol.; Basil. 1486, et recogniti per F. Richardum Cenomannum, Franciscanum, Paris, 1541, fol. Franciscus Pithæus Pithæa-

(42) Joannes Launois de varia Aristotelis fortuna, pag. 71: *Ad Petrum autem Lombardum quod attinet, illius sententiæ ventilatæ sunt in concilio Romano (a. 1179) quod Alexander III habuit: qui et de certis quibusdam Lombardi propositionibus ad Guillelmum Senonensem archiepiscopum et Legatum rescripsit (obvium in tomis conciliorum, ad a. 1170). Hæc altercatio ad plures annos duravit. Tunc Joachimus abbas Florentis canobii, in Lombardum, ejusque Sententias paulo atrocius invasit, sed Innocentius III impetum tandem repressit in Lateranensi concilio, cui anno 1215 præfuit. Ut ut sit, Galtherus prior et Joachimus abbas, vel alii certe, id demum con-*

nis pag. 20: *Je vous prie de m'acheter Petrus Lombardus in Psalmos; c'est un très-bon livre. Tout ce qu'a fait Lombard est excellent. Il était fort homme de bien, etc.*

Glossas in *Jobum*, adhuc ineditas ex biblioth. Savinianensi laudat Jacobus Le Long pag. 901 Biblioth. Biblicæ exegeticæ.

Collectanea in omnes *Epistolas Pauli* ex SS. Patribus, Ambrosio, Hieronymo, Augustino aliisque; Paris, 1535, f., et 1537, fol. 1544, 1543, 1555, 8. Vide Rich. Simonis Historiam criticam Novi Test., III, 33.

Sermones de diversis solemnitatibus ab eo scriptos memorat Henricus Gandavensis cap. 31, nondum, ut puto, editos.

In Biblioth. Paulina Lipstensi manuscripta, teste Felleri, pag. 182. *Epistola Arnoldi Metensis Ecclesiæ præpositi ad Petrum Lombardum, et Lombardi epistolæ duæ ad Philippum archiepiscopum Remensem*. [Diu est ex quo suspicio in hunc scriptorem creata est de expilato opere magistri Bandini inscripto *Summa theologica*, in quo de sacramentis ita eodemque ordine disseritur, quo et in quarto libro suo Lombardus. Uter igitur ex altero acceperit, ambigendi jure meritoque dabatur locus, donec tandem contra Bandinum litem absolvit P. Pezius in Dissertatione isagogica in priorem tomum Anecdotor., pag. xlv; reperisse enim se ait in monasterio quondam Bavaricæ codicem sæculo XIII scriptum hunc operis Bandiniani titulum præferentem: *Abbrevisatio magistri Bandini de libro Sacramento- rum Magistri Petri Parisiensis*. MANSI.]

seculi sunt, ut ex Sententiis Lombardi postea ferot indiculus nonnullarum, quæ minime docerentur. Hæc ad calcem Sententiarum designantur hoc modo: « Articuli, in quibus Magister Sententiarum communiter non tenetur. » Confer quæ de concilio Turonensi a. 1163, et Parisiensi a. 1178 Edmund. Martene tom. V Anecdotor., pag. 1635, 1637, et novæ Collectionis tom. II, pag. 844, et tom. I Anecdotor., pag. 317; in Joanne Cornubiensi tom. IV, pag. 67, seq.; in Joachimo, pag. 41; Gualtero, priore S. Victoris Paris, tom. III, pag. 118; Oudinum tom. II, p. 1223 seq., etc.